



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ

Ribadeneyra, Pedro de

Coloniae, 1622

Cosmum Ferrerum à dysenteria. 244

urn:nbn:de:hbz:466:1-44900

naufragio enim haud periturum;
neque verò ad Turcarum in ho-
spitalem barbariem peruenturū.
Fregit proinde se tempestas; &
nauigium ad Insulam Lampadu-
sam intercepte Christiani. Ibi
Pater iam vno discrimine defun-
ctus, alterum quoq, discussit; cū,
Ignatio patrocinate, vitā liber-
tatemque conseruauit.

244 Panormi Cosmus est Fer-
rerus, medici haud incelebris, fi-
lius: quem trimum adhuc infan-
tem gemina lues febris ac dysen-
teria obsidebant: Parēte iam ipso
in filij funus spectante. Verū laci-
nia erat de sacra veste, quæ IGNA-
TIVM olim in sacris operuerat.
Hanc desperato admouet. Quod
simul ac factum est, puer à funere
cœpit reuerti: illoq; adhuc die in-
ter omnium læticias mirabiliter
conualuit.

245 Ceterū quæ per terras Hi-
spanias

spanias eo tempore patrata sunt
 miracula, hæc fermè accepimus.
 Toleti sub annū CIO. IO. LXX. aut
 LXXI. (nam id incertū habeo) Ve-
 gam, hoc nomine mulierē, atrox
 adorta pleuritis, paulò ante no-
 ctis crepusculum deiecit. Medici
 acciti, repentino & vehemēti ma-
 lo terrentur; req; perpensa, severe
 pronūciant. Iubent ea ipsa nocte
 sacris animū procurare, ac testa-
 mentum condere; nam die poste-
 ro haud victuram. Adest fortè, au-
 ditq; decretorium consultum, vir
 honesti nominis, Ioannes Mesa:
 qui DEVM rite precatus, applicat
 compuncto lateri, modicam telæ
 tramam, de vitta I G N A T I I NO-
 cturna: itemque corium, quod
 ille pectori consuerat prætexere.
 Quippe vtrumq; spoliū Ioan-
 nes religionis causa circumfere-
 bat. Et certè ab eo consilio ita
 victus est dolor, vt erecta mulier,

M 5 & se-

& feriò in Ioannem intenta, scĩ-
taretur, ecquid ille fecerit, quo
tam facilè omnem à se morbum
deterisset?

246. Francisca deinde Bernua:
haud vulgari virtute virgo, & so-
litudinis apprimè retinens; Bur-
gis in S. Dorotheæ asceterio, Re-
ligionem professa: cū à pleuritide
calculoque malè habita, ancipiti
periculo teneretur, ad IGNATIUM
denique asylum refugit. Inde res
accidit memorabilis; vt toto an-
no lapides amplius centum, cum
modicos tum maiusculos, vix vl-
lo cum sensu, deiecerit.

247. Huic eidem, sub annum
cis. 10. xciii. post quàm sangui-
nem inhibere ars nequijt, quem
rupta pectoris vena per os egere-
bat: venit in mentem, ad mouere
centunculum de talari sacco; eo,
quem supra demonstrauius,
IGNATIVUM principiò sumpsisse.

Im-